

Johann Wiezen


Ducum Dux Ducis Serenissimi Sortem Sustentet! Qvod votum ut per & propter Christum eo solen[n]ius dissolvatur ... ad Orationem Panegyricam in laudes Bono publico nati, Serenissimi Principis Ac Domini Dni. Friderici Wilhelmi, Ducis Mecklenburgici ... 5. Cal. Aprilis Anno M. DCC. V. ... plurima cum salute in Lyceum Parchimense devocantur, Interprete calamo

Sverini: Literis Johannis Lembkii, [1705]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn177353422X>

Druck Freier  Zugang





Schmidt
56

Mecklenburgische
Landesbibliothek
Schwerin



Mecklenburgische
Landesbibliothek
Rostock



Ducum Dux Ducis Serenissimi Sortem Sustentet !

Quod votum ut per & propter Christum eò soleñius
dissolvatur ,

JUDICIUM PROVINCIALE PERILLUSTRE ;
MINISTERIUM MAXIME REVERENDUM,
SENATUS URBIS AMPLISSIMUS,

Minervæ Cultores, atqve Veneratores, ad unum omnes
ad

ORATIONEM PANEGYRICAM

in laudes

Bono publico nati,

SERENISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI

DNI. FRIDERICI WILHELMI,

Ducis Mecklenburgici, Principis Vandalorum, Sverini &
Ratzeburgi, Comitis Sverinensis, Domini terrarum Ro-
stochii, & Stargardiæ, &c. Principis ac Domini
nostri longè clementissimi, attingentis nunc

ANNUM ÆTATIS XXXI

5. Cal. Aprilis

ANNO M. DCC. V.

horam sub nonam,

benèvolis auribus excipiendam, & ex memoriâ exponendam,
à negotiis, & publicis, & privatis,

eâ, quâ par est, observantiâ ac demissione, arcessuntur
imò,

plurimâ cum salute in Lycæum Parchimense devocantur,

Interprete calamô

JOHANNIS WIEZIL RECTOR. *1772*

SVERINI, Literis Johannis Lembkii, Typographi.

L. B. Sortem Salutemqve Saluberrimam.!

Rerum literarumq; veterum periti jam pridem, cum NICOLAO ABRAMO, Lotharingo e societate Jesu, observando notarunt Sortis conjunctionem, Sortis ver-
sationem, fortis manu educationem. Nimirum eorum, qui fortiebantur, nomina in urnam conjiciebantur, eaq; concus sa miscebantur, & ad evitandam fallaciam omnem, manu pueri extrahebantur, & fortitò educebantur. Communium effatum hoc est firmissimis Auctorum testimoniis Verrinæ, Livii, Ciceronis, Cerdani, Tranquilli in Nerone, Homeri, & Statii, quorum verba si subjicerem, vereor, ne molesta hæc Vobis, & putida videantur. Tametsi verò jure Civili, & Canonicò, fortis usus, in Ecclesiasticis beneficiis, prohibitus est; Veneti etiam utuntur sorte in rebus militaribus, licet dissentiat Senatus: non inficiandum tamen est, Sortis usum in V. T. viguisse. Sorte namq; terræ distribuebantur; sorte sacrificia eligebantur; sorte delicta explorabantur; sorte Reges, Levitæ, Cantores, Janitores designabantur: id quod Botfaccius Noster exemplis benè multis demonstravit. Quomodo per Sortem in Divorum Apostolorum numerum, in N. etiam T. cooptatus sit Matthias præter Apostolorum Acta nos edocet F. Lambert. tractatu de vocatione Matthiæ per sortem. Silentio jam præteribo, sortes fuisse vel chartulas, vel fabas, easq; vel albas, vel nigras, vel calculos, vel laminas; silentio premam urnam, hydriam, galeam, ista recipientes. Expedierit per me Peucerus distinctionem inter Sortes POLITICAS, quibus hereditates, legata, donata, & id genus alia iis, ad quos pertinebant, attribuebantur; DIVINAS, quarum mentionem vel ipsæ sacræ paginæ non intermiserunt; DIVINATORIAS, quas à veritate alienas, comentitias, & impias appellant. Ego nunc tantum significandum mihi duxi, MUNUS & ONUS Panegyristæ fortè sorte divinâ devolutum

lutum esse ad **JOHANNEM CHRISTOPHORUM HEIDERUM**, Sverinensem, meum nunc domesticum, quamvis jam dudum antea **PRINCIPIS** Natalem, pro ingenii modulô, oratione condecorandi incredibili artisset cupiditate. Sempiternæ hinc annitetur comendare gloriæ Gloriosissimû Patriæ Patrem, Amorem atq; Delicias Orbis Mecklenburgici, **SERENISSIMUM PRINCIPEM AC DOMINUM, DOMINUM FRIDERICUM WILHELMUM**, Ducem Megalburgensem Regentem, Principem Vandalorum, Sverini & Raceburgi, Rostochii & Stargardiæ Dynastam, etc. Principem, ac Dominum nostrum Clementissimum, Evergeten Musarum longè Optimum. Religioni enim illi fuit sine Oratione Panegyricâ transmittere **TANTI PRINCIPIS** Natalem, quò exortô omnes Provinciæ Mecklenburgicæ gaudiô complentur infatiabili. Quò gaudiô cum perfusum sit totum Heideri nostri pectus subjectissimum, suum etiam gaudium, in Lycéo Parchimensi, dictô die, datôq; tempore, summâ animi demissione gaudebit, futurus Encomialtes factorum inprimis, ac virtutum **DUCIS REGENTIS CLEMENTISSIMI**, ne amore in **PATREM PATRIÆ** ab Exteris videatur superatus. Venerabuntur etiam, per intervalla, Tubicines, Tibicines, ceteriqve Musici, cum vocibus, tum instrumentis **PRINCIPEM**, sendentem cum purpurâ, & sceptrô, & insignibus illis Regiis. Si igitur natalis Timoleontis festus olim fuit Græciæ toti, quòd felix, & victoriis erat nobilitatus: quidni & singulæ provinciæ **DUCIS SERENISSIMI** ac **Fortunatissimi**, tantisque hæreditatibus beatissimi Natalem celebrarent religiosissimè? Flagrantes, atqve exstimulati **TANTI PRINCIPIS** vitâ diuturniore, prosperitate summâ, & incolumitate **DOMUS MECKLENBURGICÆ** sempiternâ, Lycéum parchimense ingressi, suas in aures dimanare benevolè patientur **Orationem publicè recitandam**.

Qvã

Quâ spe freti, nos votis tandem exsolvemus, ex animo pre-
cantes: VIVAT SERENISSIMUS DUX MEKLENBURGENSIS, FRI-
DERICUS WILHELMUS, VIVAT, FLOREAT, cæliq; auctus
muneribus, & in multos annos sospes, præclarissimè factis no-
va & majora addat, in omne ævum per titulos, memoresq; fastos
æternanda!

ILLI SIT PORTIO JOVA!

VIVAT, VIGEAT, FLOREAT etiam cum Serenissimô Duce
Regente, SERENISSIMA DOMINA NOSTRA, SOPHIA CHAR-
LOTTA, ut, post seros tandem annos, experiatur, quæ SOPHIÆ
CHARLOTTÆ, Borussia Regina, nuper obtigerunt, fata!

ILLI SIT PORTIO JOVA!

VIVAT, VIGEAT, FLOREAT SERENISSIMA CHRISTINA
WILHELMINA, Princeps universis pietate prælucens, ut stella
primæ magnitudinis!

ILLI SIT PORTIO JOVA!

VIVANT, VIGEANT, FLOREANT SERENISSIMI NOSTRI
DUCES, ac PRINCIPES, CAROLUS LEOPOLDUS, &
CHRISTIANUS LUDOVICUS, cum Serenissimâ Sorore Fe-
mellâ, SOPHIA LOVISA, virtutum domiciliô, Charitum
corculô! Servet Deus maximas has Patriæ spes quàm diu
incolumes superstitesqve!

ILLIS SIT PORTIO JOVA!


VIVAT, VIGEAT, FLOREAT UNIVERSA DOMUS MECK-
LENBURGICA, tot Familiis REGUM ac PRINCIPUM For-
tissimorum sanguine toties innexâ!


CUNCTIS SIT PORTIO JOVA! FIAT! FIAT!


Dabam Parchimi, annô, cujus numerus ex utrôqve distichi se-
quentis versu refulget:


Christe, & erIs; seD & es spes orbIs, & optIMA, Christe!


Christe! seD orbIs spes optIMA, Christe, sles!

















the scale towards document

CHRISTOPHORUM HEIDEMICUM
domesticum, quamvis jam
lem, pro ingenii modulô, orati-
sisset cupiditate. Sempiternæ hic
riofissimū Patriæ Patrem, Amo-
burgici, SERENISSIMUM PRIN-
CIPUM FRIDERICUM WIL-
gensem Regentem, Principem
burgi, Rostochii & Stargardie
Dominum nostrum Clementissi-
onē Optimum. Religioni e-
negyricā transmittere TANTI
rtō omnes Provinciæ Mecklen-
satiabili. Qvō gaudiō cum
stri pectus subjectissimum, suum
himenfi, dictō die, datōq; tempo-
gaudebit, futurus Encomialtes
um DUCIS REGENTIS CLE-
TREM PATRIÆ ab Exteris vi-
tur etiam, per intervalla, Tu-
fusici, cū vocibus, tum instru-
em cum purpurâ, & sceptrō, &
tur natalis Timoleontis festus o-
x, & victoriis erat nobilitatus:
DUCIS SERENISSIMI ac Fortuna-
beatissimi Natalem celebrarent
ve exstimulati TANTI PRINCI-
ate summâ, & incolumitate Do-
empiternâ, Lycéum parchimen-
are benevolē patientur Oratio-

Qvā